

gendes auf einen 'Albuinus' genannten Fisch (vielleicht ein Name für den Weissfisch 'alburnus', vgl. Du Cange).

Versus de Albuino.

Veni frater Albuine, veni veni mi dilecte!
 Carens ossibus et nervis, reple mei sinum ventris!
 Signo crucis sigillatus anuloque coronatus,
 Valens crudus, prodest coctus, dulcis novus, senex bonus;
 Tu iuvantum¹ es succursus piscatorum atque cibus,
 Operariis² virtutem monachisque das solamen.
 Te canonici conlaudant³ feriis quibus ieiunant,
 A presulibus laudaris, illis quando presentaris.
 Preparatus cum pigmentis regiam mensam conscendis,
 Nam sapor tuus iocundus est imperatoris cibus.
 Ecce vides, Albuine, instant⁴ tibi laudes quante.
 Cave frater, ne spinosus videaris nec pilosus;
 Nempe reor, si barbatum quisquam viderit te fratrum,
 Mox gradatim cadens, locum tabule petens extremum,
 Odio tunc eris cunctis, qui te viderint cum barbis,
 Sicque vilis nimis factus, respueris canum pastus.
 Itaque nos leti pasti sanguine coagulati,
 Signum crucis deportantes anuloque coronantes,
 Maneamus fratres puri simplices atque sinceri,
 Principi celso quod digni valeamus presentari;
 Etenim spinis peccati fuerimus si hirsuti,
 A vite repulsi mensa dabimur⁵ demonum esca.
 Expliciunt versus de Albuino.

232. membr. s. X. XI. (vgl. Madan n. 8838). f. 1. 3'.
 10. 21. Tafeln und kurze Abhandlungen auf den kirchlichen Kalender bezüglich, f. 10—17' a. 993. geschrieben. f. 21'—22 die beiden folgenden karolingischen Rechtsformeln, in einer merkwürdigen Schrift, die Madan für frühes 10. Jh. 'mit Spuren einer merowingischen Hand' hält. Mir ist wahrscheinlicher, dass die Schrift einer älteren Vorlage künstlich nachgeahmt ist, vielleicht aber erst Ende des 10. Jh. wie die voraufgehende Schrift. Die Formeln, die sich auf Freilassung und Morgengabe beziehen, lauten:

Library at Oxford, which have not hitherto been catalogued in the quarto series, by Falconer Madan. Vol. III. Collections received during the 18.th cent. Oxf. 1895. 1) So Hs.; dem Sinne nach wäre etwa 'nautarum' oder dgl. zu erwarten; oder ob statt 'Tu iuvantum' zu lesen ist: 'Ieiunantum'? 2) 'Operaris' Hs. 3) 'conlaudent' Hs. 4) So Hs. 5) 'dabimus' Hs.